

[121:] **De sacramentis, quae est quinta et postrema pars catecheseos christianae.**

Quid nominatur sacramentum in ecclesia?

²Definitio sacramenti et causae finales oppugnatæ a Boetio²¹⁸ et Luneburgensibus²¹⁹ extant in Examine theologico, Corpore doctrinae, fol. 788.²²⁰

Sacramentum in nouo testamento – vt ecclesia loquitur – est ritus diuinitus institutus, additus promissioni in euangelio traditæ, vt sit testimonium et pignus exhibitæ et applicatæ promissionis gratiæ. 5

Cur sacramenta instituta sunt?

Duo sunt fines potiores, propter quos ritus externi additi sunt promulgationi promissionis. Primus est, vt sint signa voluntatis Dei erga nos, videlicet quae commonefaciant nos de promissione et applicent, id est testificentur, quod promissio ad nos pertineat. Alter finis est, vt sint signa confessionis et di- [122:]stinguant ecclesiam a caeteris gentibus. Ad hos fines accedunt postea alij fines subordinati, de quibus alibi prolixius dicitur. 10

Quot sunt sacramenta noui testamenti?

15

Augustinus duo tantum recenset, videlicet baptismum et coenam domini.²²¹ Papistae septem numerarunt sine euidenti ratione et sine testimonio scripturae sacrae, videlicet baptismum, coenam domini, poenitentiam, confirmationem, ordinationem, vnctionem, matrimonium.²²²

^{z-z} Marginalie nur in F, G.

²¹⁸ Vgl. den INDEX. CINGLIANORVM QVORVNDAM ERRORVM, in Catechesi VVitebergensi noua compraehensorum. ANNOTATVS A MINISTRIS ECCLESIAE Hallensis in Saxonia, Jena 1571 (VD 16 I 176), A 6r–v.

²¹⁹ Vgl. das BEDENCKEN oder Censura der Theologen im Fürstenthumb Lüneburg / von dem Newen Wittenbergischen Catechismo, Jena 1571 (VD 16 B 1460), B 3v.

²²⁰ Vgl. Philipp Melanchthon, Examen ordinandorum (1559), in: CR 23, 39. Die Seitenzählung richtet sich nach der zeitgenössischen Ausgabe: Corpus doctrinae, 788.

²²¹ Vgl. Augustin, Contra Faustum Manichaeum XIX, 14, in: PL 42, 355f (CSEL 25, 511f); Augustin, Contra litteras Petiliani II, 47, in: PL 43, 297f (CSEL 52, 83–85) und Augustin, De baptismo contra Donatistas V, 20, in: PL 43, 190f (CSEL 51, 285f).

²²² Vgl. hierzu das „Dekret über die Sakramente“ vom 3. März 1547 (Konzil von Trient): DH 1601.